



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

A Goueano amatur. 94

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

animo in obsequium flexo, virtutem hominis amare. Simul amicè comprehensum, in publicum perducit. Ibi copiosè prædicat modestiam innocentiamq; & quem atrocissimæ laniæ deuouerat, ab eo supplex vesaniæ suæ veniam rogat. Quæ res mirè valuit, ad insperatum IGNATII honorem. Nā haberi inde ac colipro Sācto cæpit. Adeò quæ infamiæ scena struebatur, ea in gloriæ virtutisque theatrum momento euasit.

94 Iacobus hic Goueanus (id Rectori nomen erat) gente Lusitanus, vir egregiè doctus, ac cetera pius: pluribus deinde beneficijs vnā hanc noxiam pensauit: certe IGNATII eum sociorumque singularis postmodo amor tenuit: pæneque principem sibi auctorem Ioannes Rex habuit, Societatis in Orientem Indiam deducendæ. Vt proinde amplissimæ

colo-

colonix latissimus prouentus,
tantulæ rei principijs propè om-
nis debeat. Sed non potuere ce-
terorum odia vna iniuriâ satiari.
95 Pergūt cæptas aduersus inson-
tē calumnias pertexere: demum
eò rem adduxere, vt impietatis
deferretur. Sacras eo tēpore quæ-
stiones exercebat, Magister O-
ræus, grauis è S. Dominici familia
Theologus. Apud quem cum IG-
NATIÏ causa perorata esset, vsq;
adeò falsa esse crimina ac nulla
constitit, vt eius innocentiam do-
ctrinamq; continuo iudex publi-
cis tabulis sumserit defendere.
Qui & eum deinde libellum, quē
Manresæ factum docuimus, pe-
tijt; atque, si cum bona venia pos-
set, exscripturum se ostendit. Ita
plerumque, quos agere aduersa-
rij in IGNATIÏ perniciem prope-
rabant, DEVS in improuisos ipsi
patronos vertit. 96 Nam idem hic
Oræus,